verò hæc magis quàm illa. Deinde quemadmodum diſpoſitum eſſe conueniat illum, qui velit has gubernationes recipere. dico autem popularem ſecundum ſingulas ſpecies ac rurſus paucorũ potẽtiam. Tandem verò omnium iſtarum cùm facta fuerit breuiter mentio, conandum erit referre quænam labes, & quæ conſeruationes ſint rerumpublicarum & communiter omnium, & particulariter vniuſcuiuſque, & per quas cauſas illas maximè euenire contingat.

CAPVT III.

VT igitur ſint plures rerumpublicarum ſpecies, illa eſt cauſa, quòd cuiuſque ciuitatis partes ſunt plures. Videmus enim primo, ex domibus conſtare ciuitatem: deinde rurſus ex hac multitudine alios eſſe diuites, alios pauperes, alios medios: diuitúmque & pauperum, partem eſſe bellicam, partem imbellem: & rurſus ex plebe partem agrorum culturæ deditam videmus, partem mercaturæ, partem opificiis & ſordidis miniſteriis. Nobilitatis quoque differentiæ ſunt ſecundum opulentiam, & magnitudinem cenſus. ſunt enim alij equites: quod munus nemo faciliter ſupportare poteſt, niſi ſit diues. Itaque antiquis temporibus quæcunque ciuitates equeſtri potentia excellebant, in his paucorum potentia gubernabat: equitatu autem bella contra finitimos exercebant: ceu Eretrienſes, & Chalcidenſes, & Magneſij, qui ſunt ſuper Mæandro, & alię plures Aſiaticorum ciuitatum. Præterea ſunt aliæ quàm iuxta diuitias nobilium differentiæ. quoſdam enim genus, quoſdam virtus extollit, & ſi quid aliud tale ciuitatis partem eſſe oporteat, dictum eſt, vbi de optimatibus tractauimus. ibi nanq. diſtinximus, ex quot partibus neceſſariis omnis conſtat ciuitas. & hæ quidem partes, quandoq. concurrũt omnes ad rempublicam gubernãdam, quandoq. plures. Patet igitur, quòd neceſſe eſt plures reſpublicas eſſe inter ſe differentes ſpecie. nam & hæ partes earum inter ſe ſpecie differunt. Reſpublica enim eſt inſtitutio gubernatorum. hanc verò diſtribuunt omnes, vel ſecundum potentiam eorum qui participes ſunt, vel ſecũdum aliquam æquitatem communem. dico autem, veluti tenuiorum, & opulentiorum, vel communem aliquam amborum. Neceſſarium eſt ergo reſpublicas tot eſſe, quot ſunt inſtitutiones circa earum ſupereminentias, & ſecũdum differentiam partium. Maximè verò duæ videtur eſſe: quemadmodũ de ventis

A μᾶλλον ἐκείνης· μετὰ δὲ ταῦτα, τίνα τρόπον δεῖ καθιστάναι τὸν βουλόμενον ταύτας τὰς πολιτείας· λέγω δὲ δημοκρατείας τε καθ' ἕκαστον εἶδος, καὶ πάλιν ὀλιγαρχίας. τέλος δὲ πάντων τούτων, ὅταν ποιησώμεθα συντόμως τὴν ἐνδεχομένην μνείαν. πειρατέον ἐπελθεῖν, τίνες φθοραὶ, καὶ [τίνες] σωτηρίαι τῶν πολιτειῶν, καὶ κοινῇ, καὶ χωρὶς ἑκάστης, καὶ διὰ B τίνας αἰτίας ταῦτα γίνεσθαι πέφυκε.

Κεφάλαιον γ.

ΤΟῦ μὲν οὖν εἶναι πλείους πολιτείας αἴτιον, ὅτι πάσης ἐστὶ μέρη πλείω πόλεως τὸν ἀριθμόν. πρῶτον μὲν γὰρ ἐξ οἰκιῶν συγκειμένας πάσας ὁρῶμεν τὰς πόλεις· ἔπειτα πάλιν τούτου τοῦ πλήθους, τοὺς μὲν εὐπόρους ἀναγκαῖον εἶναι, τοὺς δ' ἀπόρους, τοὺς δὲ μέσους· C καὶ τῶν εὐπόρων δὲ καὶ τῶν ἀπόρων, τὸ μὲν ὁπλιτικὸν, τὸ δὲ ἄοπλον· καὶ τὸν μὲν, γεωργικὸν δῆμον ὁρῶμεν ὄντα, τὸν δ' ἀγοραῖον, τὸν δὲ βάναυσον· καὶ τῶν γνωρίμων εἰσὶ διαφοραὶ, καὶ κατὰ τὸν πλοῦτον, καὶ τὰ μεγέθη τῆς οὐσίας, οἷον ἱπποτροφίας· τοῦτο γὰρ οὐ ῥᾴδιον, μὴ πλουτοῦντας, ποιεῖν. διόπερ ἐπὶ τῶν ἀρχαίων χρόνων ὅσαις πόλεσιν ἐν τοῖς ἵπποις ἡ δύναμις D ἦν, ὀλιγαρχίαι παρὰ τούτοις ἦσαν. ἐχρῶντο δὲ πρὸς τοὺς πολεμίους ἵπποις πρὸς τοὺς ἀστυγείτονας· οἷον Ἐρετριεῖς, καὶ Χαλκιδεῖς, καὶ Μάγνητες οἱ ἐπὶ Μαιάνδρῳ, καὶ τῶν ἄλλων πολλοὶ περὶ τὴν Ἀσίαν. ἔτι πρὸς ταῖς κατὰ πλοῦτον διαφοραῖς, ἐστὶν ἡ μὲν κατὰ γένος, ἡ δὲ κατ' ἀρετήν· κἂν εἴ τι δὴ τοιοῦτον ἕτερον εἴρηται πόλεως εἶναι μέρος ἐν τοῖς περὶ τὴν ἀ- E ριστοκρατίαν· ἐκεῖ γὰρ διειλόμεθα ἐκ πόσων μερῶν ἀναγκαίων ἐστὶ πᾶσα πόλις. τούτων γὰρ τῶν μερῶν, ὁτὲ μὲν πάντα μετέχει τῆς πολιτείας, ὁτὲ δὲ ἐλάττω, ὁτὲ δὲ πλείω. φανερὸν τοίνυν ὅτι πλείους ἀναγκαῖον εἶναι πολιτείας, εἴδει διαφερούσας ἀλλήλων. καὶ γὰρ ταῦτ' εἴδει διαφέρει τὰ μέρη σφῶν αὐτῶν. πολιτεία μὲν γὰρ, ἡ τῶν ἀρχῶν τάξις ἐστί. ταύτην F δὲ διανέμονται πάντες, ἢ κατὰ τὴν δύναμιν τῶν μετεχόντων, ἢ κατά τινα αὐτῶν ἰσότητα κοινήν· λέγω δὲ οἷον τῶν ἀπόρων, ἢ τῶν εὐπόρων, ἢ κοινήν τιν' ἀμφοῖν. ἀναγκαῖον ἄρα πολιτείας εἶναι τοσαύτας, ὅσαιπερ τάξεις κατὰ τὰς ὑπεροχάς εἰσι, καὶ κατὰ τὰς διαφορὰς τῶν μορίων. μάλιστα δὲ δοκοῦσιν εἶναι δύο· καθάπερ ἐπὶ τῶν πνευμάτων λέγεται